

Folium lvi

essentia nō est aliud filij. nec aliud patris. s; tene alius pater. alius filius? et
q; illa est vera. pater est alius a filio. q; alius psona diuersitate dicitur. s; pater
alia psona a filio z spūsancto est. g. 2c. illa est heretica. pater est aliud fili
lij. q; ly aliud dicitur diuersitate essentie. z sic esset sensus q; essentia que est in
ter patre z filiu esset diuersa. s; hoc est falsum. g. 2c. **Ite nota.** auctor in
hac sententia horrat ad p̄fessionē vere fidei. z postea inuitat nos ad comē
datōem sancte trinitatis **Pro** quo ulterius nota. q; hec tota sequentia est
collocata ex simbolo athenasij. in quo ipse docet fidē catholicā. z ea q; requir
tur ad saluatōnem nostrā. **Item** nota. ad fidem sancte trinitatis tra
himur triplici funiculo. q; funiculus triplex difficulter rumpitur. quo trahit
mur de profundo culpe **Ite** est pater filius z spūsanctus **Un** beat? **Au**
gusti. Funiculus fidei trinitatis nunq; p̄sumit. cū tñ nō sit nouus sed an
tiquissimus. q; patriarcha **Abraam** vidit tres z vnū adorauit **Ite** in fili
de trinitatis tribus digitis apprehendim? eā z in gloria collocamur. vnde
Isa. xl. Quis appendit tribus digitis molem terre. vñ terra ecclesiā beat.
q; sicut sup aquas fundata ē. sic ecclia sup aquas bap̄tismatis. vnde ps.
Quia ipse sup maria fundauit eā. fundata autē est tribus digitis. i. fide trinitatis.
vñ in euāgelio. **Bap̄tismantes** eos in noīe patris z filij z spūsancti.
Pro ista nota. auctor dicit q; per eternitatem sumus creati ad designanduz
q; eternitas sit coeterna trinitati. vt patet in libro **Beñ.** p̄mo. vbi dicit **Facia**
mus hoīem ad imaginē z similitudinem nostrā. dicit em̄ faciamus p̄pter trinitatem
p̄sonaz in diuinis. z de imaginē in singulari. p̄pter vnitatem essentie.
vt p̄s patuit in p̄ma sententia huius p̄se **Ite** seculum fecit spaciū
centum annoz **Et** p̄m regulam p̄ficiant. gētis pluralis sup aliquem ter
minum reflexus importat excellentiā. ergo dicit in ista secula seculoz. ad de
signandū excellentiā centenarij numeri in annis. s; cū addit infinita. p̄ hoc
eternitas designat q; describi nō potest nisi sub tempore infinito

Lauda syon saluatorem. lauda ducem z pastorem in
hymnis z canticis **Quantum** potes tantū aude. q̄a
maior omni laude nec laudare sufficis.

Becess alia sequentia que in memoriam z reuerentiā gloriosifac
menti corporis z sanguinis christi composita est **Et** diuiditur principa
liter in duas partes **In** prima parte hortatur fideles ad laudem christi.
In secunda parte introducit principalem materiam huius festi. **Secun**
da ibi. **Laudis** thema specialis **Pro** primo dicit sic **O** (syon) .i. aīa fidelis
(lauda saluatorem. lauda ducē z pastore) tuū (in hymnis) .i. cū cantu exte
riori (z canticis) .i. sub iubilo interiori mentis. z o syon tu (aude. q̄tū po
tes. q; scz saluator tuus est) (maior omni laude. nec sufficis) id est nō pos
tes sufficienter (laudare) scz deum

Notandum est. q; sicut **Dauid** propheta scribit in psalmo. **Memoria**
am fecit mirabilium suorum misericors z miserator dominus etc. z dedit
mementibus se. **In** quibus verbis equidē ipse **Dauid** propheta describit

De corpore christi

memoriā mirabiliū tenendā quā p̄parare fecit iesus ad esus agni pascha-
lis in memoriā suoz mirabiliū. qz p̄cepit vt discipulibz haberet memoriā
de diuersis sermonibz factis z auditis in cena dñi. ¶ **S**ecūda memoriā
plex panis esca. Prima ē esca refectōis. de qua legit̄. iij. Regz. xviij. qz helis
as venit ad viduā in sarepta q̄ refecit eū cū pane subeunericio. Ita etiam
esca refecerūt discipuli dñm post resurrectōem qñ venit ad eos ad mare
tiberiadis dicēs Filioli nūqd pulmētariū habetis ad māducandū. ¶ **S**e-
cūda est esca recōciliatōis. de qua legit̄ p̄mo Regū. Cū nabal vt stultus
negasset Dauidi panē z aquā. z ip̄e Dauid iurasset Nabal occidere. vroz
eius acceptis multis ferculis accessit ad Dauid z remouit p̄ talia fercula
la irā eius. qz talis esca recōciliabat indignatōem quā habuit Dauid cōtra
Nabal. ¶ **T**ercia est esca supbie. de q̄ legit̄ Bester p̄mo. qz rex Assie-
rus fecit grande p̄uiuiū suis p̄ncipibz z militibz. in quo qdē p̄uiuiū regis
na supbie est eiecta. z regina humilitatis est assumpta. ¶ **Q**uarta ē esca
manifestatōis. de qua legit̄ in euāgelio Joh. vi. qz dñs faciat lauit qñz mis-
lia hominū de duobz piscibz z quinque panibz. quia sic manifestauit potēs-
tiam suam. ¶ **Q**uinta est esca deceptōis. de qua legit̄ur in Gene. qz Ia-
cob p̄parauit patri suo escam. z cooperuit brachia sua z collum suū pel-
libus. z sic rapuit benedictōnem fratris sui esau zc. ¶ **S**exta est esca tra-
ditionis. quā ministrauerūt iudei christo crucifixo. vii. p̄pheta in ps. Es-
dederūt in esca meā fel zc. ¶ **S**eptima fuit esca dilectōis. de qua dicit̄ in
euāgelio. Sciens iesus qz venit hora vt transeat de hoc mundo ad patrem
fecit p̄parare cenam. z cena facta surrexit. z accepto lintho lauit pedes
discipuloz. ¶ **D**ecima esca est eterne glorificatōis. de qua scribit̄ in euā-
gelio Luce. xxiij. Et disponā vobis sicut dispo suit mihi pater regnuz vt
edatis z bibatis sup mensam meam in regno meo. Sed inter oēs istas
escas miserator dñs dedit timentibz se in hoc mundo escam optimā. que
nō erat cōmunis sed sancta. Unde legit̄ur p̄mo Regum. cū Dauid pes-
teret Abimelech sacerdotē vt daret ei panē. Respondit. nō habeo panem
nisi panem p̄positōis. i. panē sanctū. Sic dñs noster sacerdos in eternuz
sui ordinē melchisedech panē z vinū offerens deo patri nō habuit panem
cōmunē. sed sanctum. Un̄ in euāgelio Johis. vi. Panis quem ego dabo
vobis caro mea est zc. hunc panē dedit in escam timentibz se. in memo-
riam suoz mirabiliū. et illam escam dabit in futura gloria. igit̄ ad eius
reuerentiam z huius panis. scz corporis christi hec sequentia est cōposita
¶ **T**rem nota. dicit̄ in ista maior omni laude. Ex hoc patet qz deus ab ho-
mine sufficienter laudari nō potest. Unde auctor theologice veritatis sic
inquit. Diuina dignitas seu deitas tanta est qz ip̄a anima seu mens hu-
mana cogitare de ea deficit. qz incōprehensibilis est. sensus eam non p̄ci-
pit. qz inuisibilis est. intellectus nō cōprehendit. lingua eam non explicat
qz ineffabilis est. tempus eam nō mensurat. qz interminabilis est. locus
eam non recipit. quia incircūscriptibilis est. Etiam scriptura eam non ex-
plicat seu exprimit. quia inestimabilis est. virtus eam nō attingit. qz inac-
cessibilis est. Desideria z vota transgreditur. quia incomparabilis est.
Ergo breuiter dicatur qz omnis creatura ad deum comparata defectum
habet. quia cōparatōis finiti ad infinitum nulla est p̄portio. ¶ **I**tem aucto-

Folium lviij

in lra vrit quada[m] figura q̄ dicitur **Apostropha**. qz dirigit sermonē suum ad syon absente tanq̄ ad pplm xpianū p̄ntem. **Qu** syon interpretat[ur] speculario et fecit aiam fidele q̄ speculari in cacumine eternoz. vñ dicit **Isa**. Syon resgnabit deus tuus specularoz tuoz. **Qu** speculario diuinitatis sub hoc noie syon cōprehendit[ur] quia fideles sunt illuminati in speculo. i. in grā in corruptibili in radio diuinitatis

¶ Pro terminis nota. q̄tum z tantū sunt aduerbia q̄titatis **Sed** aude est impatius verbi neutropassiu. scz audeo. **Item** sufficio ponit pro verbo absoluto. z componitur a sub z facio.

¶ Laudis thema specialis panis viuus z vitalis bodie proponitur. **Quem** in sacre mensa cene turbe fratrum duodene datū nō ambigit. **Sit** laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mētis iubilatio. **Dies** em̄ solēnis agit in qua mēse p̄ma recolitur huius institutio. **In** hac mensa noui regis. nouum pascha noue legis phase vetus terminat. **Vetustatem** nouitas. vmbra[m] fugat veritas. noctem lux eliminat

¶ **Hic** auroz introducitur materiā p̄ncipalē huius festi. **Et** diuidit in duas p̄tes **In** p̄ma p̄tractat materiā hystorizaliter penes rem gestā **In** sc̄da p̄tractat eā penes figurā p̄phetica[m] mysterialit[er] sc̄da ibi. ecce panis **Prima** adhuc in duo **Primo** p̄tractat materiā huius festi in generali **Sec̄do** p̄fectatur eā magis in sp̄ciali ostēdens miracula p̄pter q̄ eius memoria est habēda ibi. **Qd** in cena zc. **Et** de p̄mo sic (panis viuus) scz in se (z vitalis) id ē dans vitā alijs (ponit hodie) scz nobis in die corpis xpi (thema). i. materia vel obiectū (specialis laudis. quē) scz panē (nō ambigit) .i. nō dubitat scz esse (datū duodene turbe fratrum). i. ap̄loz (in mensa sacre cene). i. vltis me cene xpi. **Tunc** hortatur nos ad laudandū deum z ad gaudiū spiritalē dicens (Laus sit plena). i. p̄fecta. z (sit sonora). i. bñ sonans. z (iubilatio mētis sit iocunda). i. amena. z (sit decora). i. celebris (em̄) p̄ q̄a (solēnis dies agit[ur] id est celebrat[ur] (in qua recolitur). i. memoria repetit[ur] (p̄ma institutio) id est erectio (huius mense) scz corporis z sanguinis xpi (in hac mensa. nouum pascha). i. transitus (noue legis). i. testamenti (terminat) id est cessare facit (phase verus) id est vetus pascha. z sic (nouitas) scz huius sacramēti (fugat) .i. depellit (vetustatē. z veritas fugat vmbra[m] id est figuram. z (lux eliminat) id est extirpat z expellit (noctem)

¶ **Notandū** auroz in lra facit duo **Primo** p̄tractat materiā huius sequēte in generali. vt ex isto sensu generali aliqua specialia poterint extirpari.

Sec̄do hortat nos ad celebratōem huius festi. **Circa** p̄mū est sciendū. q̄ materia huius festi generaliter est de virtute verbi diuini. qua virtute panis transmutat[ur] in corpus z vinū in sanguinē. ad qd̄ credendū eoadiūuar intellectus humanus de his q̄ sumit ex inuentōe humana. z de his q̄

De corpore christi

legunt in sacra scriptura. et de his q̄ vident in natura **V**idemus em̄ q̄ nature rerū cogunt verbis et mutant. sicut patet de incarnatoribz q̄ adiuſerant serpentes vt ad manus veniant **I**te cū verbis acutissim⁹ gladi⁹ ebeſatur. ita q̄ pdit acutiē et virtutē scindendi **A**mirū q̄ verbis diuine inſtitutionis panis puerat in corpus et vinū in sanguinē iesu xpi. qz vnico verbo fecit oia q̄n dixit. fiant et facta sunt **I**te nota. circa illud qd̄ dicitur panis viuus et vitalis. qz viuus et vitalis differunt inter se. **U**n vinū dicitur id qd̄ in seipso viuū et h̄z vitā. **S**z vitalis est qd̄ cōmunicat ad vitā. **P**rimo mō hō dicitur viuus. **S**ecō mō spūs dicuntur vitales q̄ viuificāt corpus. **S**ic ad ppositiū. cene dñice panis viuus est in se. qz absurdum est dicere deum mortuū vel nō viuū **E**tia est panis vitalis quasi pferens nobis vitā. q̄ sic deus dilexit mundū vt filiū suū daret. p̄ mundo. vt ois q̄ credit in illū habeat vitā eternā **I**te nota. dicitur in ſcra. hodie pponit **E**x quo patz q̄ iste panis vocat panis pponis. **U**bi sciendū q̄ ppo est duplex. ſ. logicalis et theologicalis. de p̄ma nihil ad ppositiū **S**z ppositio theologicalis est cōſmunicatio panis celestis. et hec ppositio origine h̄bit a melchisedech. q̄ p̄mo pposuit panē et vinū in oblatōem hostiaz. et postea cōmendata per moysen cū fabricaret tabernaculū federis et p̄piciatorū. sed hec ppo impleta est p̄ xpm̄ q̄ seipm̄ pposuit discipulis in sp̄e panis et vini dicens **A**ccipite et comedite. hoc est em̄ corpus meū **I**te nota. pascha nostrū sumpsit origine in cenā dñi. et fuit terminus veteris pasche iudeoz. qz pascha eorum erat qdā figura. vñ apls p̄ma ad **C**horint. v. **R**efans qd̄ modicū fermentū toram massam corrūpit. expurgate vetus fermentū vt sitis nosua p̄persio. sicut estis azymi **E**t em̄ pascha nostrū immolatus est xpus. **E**rgo ſcra bñ dicitur. vmbra fugat veritas. qz pascha vetus fuit vmbra et figura noui testamenti. de quo dicit apls ad **C**horint. **Q**uā oia in figura et vmbra illis p̄ungebant. ſ. q̄ melchisedech panē et vinum obtulit. manna de celo pluuit **A**gnus paschalis occisus. **H**ely as panē subcineritū comedit et ambulauit in fortitudine illius **I**te dicitur erat **S**amueli. qz dies veniet q̄ hō offeret argentū. et sacerdos reddet ei buccellā panis **E**t h̄mōi multa legunt in vmbra et figura. q̄ illuminat veritas huius sacramēti. **P**ro terminis nota. thema est nomē neutri generis tercie declinatōis. **A**mbigo est idē q̄ dubito. et cōponit ab am. i. circū et ago. et caret lupio **I**tem quidaz rextus habent nocrem lux illuminat. tunc exponit sic (lux) id est veritas noui testamenti (illuminat nocrem) id est patefacit figuras veteris testamenti **A**liqui habet sic. nocrem lux eluminat. et tunc exponit sicut patuit. **E**t dicitur elumino quasi extra lumen. i. terminum pono.

Quod in cena christus gessit faciendū **B** expressit in sui memoriam **D**octi sacris institutis panē vinū in salutis cōsecramus hostiam. **D**ogma datur christianis. qz in carnem transit panis. et vinum in sanguinem. **Q**uod nō sapis quod non vides animosa firmat fides preter rerum ordinem

Folium lviij

Pric autor perractat materiam huius festi magis in spali. **Et diuis**
dicit in quinq; pres fm q; autor perractat quinq; mirabilia circa illud sac
ramentum. **S**eda ibi. Sub diuersis speciebus. **Tercia** ibi. **A** lumentem no
palsus. **Quarta** ibi. Sumunt boni sumunt mali. **Quinta** ibi. **F**racto de
mum re. **D**icit pmo sic (christus expressit) id est pcepit (hoc) ses esse (sa)
ciendum in sui memoriam id est comemoratonem (quod gessit) id est e
cit in cena vnde nos (docti) id est eruditi (sacris institutis) id est diuinis
pstitutionib; (p. cramus panem et vinum in hostiam) id est sacrificiu (sa
lucis) quod est corpus et sanguis christi (**D**ogma) id est doctrina (darur
pantis) ses hominib; (q; panis transit id est transsubstantiat (in carne)
id est corpus xpi (et vinu) trāsit et transmutat (in sanguine) xpi. et (animo
sa) id est firma (fides. firmat) id est confirmat (p̄ter ordinē rerum) ses illd
(quod non sapit) ses gustu corporali. et (quod non vides) ses visu corporali
• **N**otandum. q; mirabilia penes sacramentū corporis sunt inaudita
et incōprehensibilia quātum ad humanam naturam. vnde ad **Roma. xi.**
Quis em̄ cognouit sensum dñi aut q̄s p̄siliarius eius fuit. et igit qd̄ sen
su nō p̄cipimus operibus fidei confirmamus. **E**t hoc rationabiliter. q̄a
multa p̄tingunt in natura silla. et ergo illa fide p̄cipimus q̄ nec visus nec
aliquis sensuum potest enarrare. quia panis solūmodo videtur et vinum
sed creditur ibi verum corpus christi et sanguis. vnde **Grego.** In sacra
mento altaris aliud est quod creditur. et aliud est quod cernitur. **D**iuus
signū est in natura. nā a sensu cuiuslibet rei sub a cognoscit. nisi nature sub
stantia p̄sceptū. q̄ sunt nobis ignote. qz sunt a sensib; nostris elonga
te et remote. videmus em̄ albedinē. et color albo in corpe hois etiā videt s;̄
forma humana nō p̄t videri nec apprehēdi nisi aliquo mō a posteriori ses
p̄ eius effectus. s;̄ nō p̄t videri nec cognosci p̄ cām. **S**ic dico. q; in sacramē
to altaris accētia ses. color. odor. sapor. rotunditas. et quāritas subsistit
sine substantia. vnde d̄ in metaph. homo potest intelligere accidens sine
subiecto. ses dulcedinē sine melle. et albedinē sine niue. sed quicqd̄ hō p̄t
telligere hoc deus p̄t facere et multo amplius. et ideo in illo sacramento ē
dulcedo sine dulci. albedo sine albo. rotunditas sine rotūdo re. **E**t n̄ scien
dū in hoc p̄fecte sunt vniuersē res huius mundi. qz aliqñ deus fecit mu
tatione accētis sine subiecto. sicut p̄z in aquis amaris. vbi manifeste mur
tauit amaritudinē aque in dulcedinē. **E**tia aliqñ mutat subiectū et accētis
simul. vt parz in aqua murata in vinū. vbi murata est substantia aque in
substantiam vini. et color odor et sapor aque sunt mutati in colorem odorem
et saporē vini. **S**i ergo deus mutauit accidens sine subiecto et aliquā
do accētis cū subiecto. req̄sunt p̄fectio vniuersi q; etiā mutaret substantiā
sine accēte. vt fit in sacramēto corpis xpi in altari quod a domino fas
ctum est. et est mirabile in oculis nostris. **I**tem d̄ in lra. panis trāsit in
carnē. i. et p̄ panē fit corpus dominicū p̄ trāsubstantiatōem essentialē. et illa
mutatio nō est naturalis s;̄ miraculosa seu supnaturalis. et in tali trāsub
stantiatione manent accidentia et p̄prietates. ses albedo que videt in pane
qui transsubstantiatu est in carnem. vt pus visum est. nec tamen ista accē
dentia velt quāritas et figura sunt in corpore christi. qz in deum nullū
cadit accidens etiam nullū accētes p̄prietatū. vt parz per cōmentatorē

De corpore christi

quinto physicoz. **S**z tñ ptra hoc aliq̄s possit arguere. tñ phus octavo metaphysice dicitur q̄ omne acc̄s est in subiecto. **S**ilr habet p̄mo physicoz. q̄ nullū acc̄s est reperibile extra subiectū. **A**d hoc est dōm. q̄ phs loq̄tur fm̄ cursum naturalē. nō autē fm̄ viā theologoꝝ z sup̄naturalē. **P**ro quo nota vterius. q̄ triplex est mutatio. s. artificialis naturalis z spūalis. **A**rtificialis ē. q̄ h̄z fieri p̄ artē. sic qñ vitrū fit ex cineribz. **S**z naturalis ē duplex. scz substātiālis z acc̄ntialis. **A**cc̄ntialis est. qñ idē subiectū manet sub diuersis acc̄ntibz. sic qñ corpus aliq̄s mutat de albedine in nigredinē. **S**z substātiālis est. qñ eadē materia manet sub diuersis formis substātia libz subinuitē succedentibz. **E**xemplū. eadē materia q̄ nunc stat sub forma hoīs postea stat sub forma cadaueris. **S**z spūalis est. qñ nec materia nec subiectū manet. s. solū acc̄s. z illa vocat sup̄naturalis. qz in mutatioē illa virtus sup̄naturalis potest facere acc̄ntia stare sine subiecto. z illa trāsmutatio fit in sacramento altaris.

Pro terminis nota. ex p̄mo cōponit ab ex z p̄mo is. z h̄z expressi in p̄terito. **S**z animosus plura fecit. **P**rimo idē est q̄ sapiens. sc̄do idē est q̄ sup̄bus. **T**ercio idē ē q̄ fortis vel firmus. z sic capit h̄c. z venit a noīe animus. **S**z fides ē nomē feminini generis q̄ntē declinatōis. z describit sic. **F**ides est p̄dētia sine hesitatioē nō p̄cedente via demonstratōis.

Sub diuersis speciebus signis tantū et non rebus latent res eximie. **A**ro cibus. sanguis potus. manet tamen christus totus sub vtraqz specie.

Hic autor declarat sc̄dm̄ miraculū dicens (Res eximie latent). i. ab h̄condite sunt (sub diuersis sp̄bz) scz panis z vini (em̄ signis z nō rebus) qz panis z vini transmutant in v̄z. corpus z sanguinē xp̄i. **D**einde declarat q̄ sunt ille res eximie dicens (Aro) scz xp̄i est (cibus) z (sanguis) xp̄i est (potus). tñ christus manet totus sub vtraqz specie scz panis z vini.

Notandū autor vult tñ dicere. licet in altari videmus diuersas sp̄s. scz panis z vini. tñ nō est credendū q̄ aliq̄ ps dei sit sub vino tñ. z aliqua ps dei sit sub specie panis tñ. nec credendū est q̄ alius de⁹ sit sub specie panis. z alius de⁹ sub specie vini. s. sub vtraqz specie ē vnus verus deus totus incorruptibilis. **S**c̄do nota mysteriū huius miraculū p̄bat ex q̄dam silī in natura. qz videmus q̄ nix z glacies sunt sp̄s distincte sub qbz tñ latet vna res. i. aqua. **S**ic etiā sub specie panis z vini latet corpus xp̄i integrū z indiuisum. **V**n̄ br̄s Augusti. circa hoc miraculū recitat aliud incidētaliter dices. **C**orp⁹ xp̄i sub pluribz hostijs sub maioribz nō ē māius. vel sub minoribz nō ē minus. nec augmentat ex eo q̄ multoties a pluribz p̄ficiat. **H**ui⁹ em̄ silē inuenimus in **E**xodo. de māna p̄ qd̄ deus p̄auit filios israel in deserto. qz ille q̄ plus collegit nō habuit ergo plus q̄ ille q̄ minus collegit. **U**nde tempore oportuno vnus sacerdos p̄secrat plures p̄res. nō tñ nisi vnū corpus. ergo dicit. **H**oc est em̄ corpus māi tē. **I**dem exemplū p̄t haberi de aīa rōnali. **V**idemus em̄ q̄ aīa in corp̄e maiori nō est maior. nec in corp̄e minori est minor. qz nō augmentat aucto corp̄e. qz dē

Folium lix

Phs in li. de aia. q. aia pueri e ta magna sic aia viri pfecte etats. **S**ic etiã in ipso in pua hostia est tam magnus deus z pfectus sicut in magna. **P**ro terminis nota. q. lateo est verbum neutrale scde coniugationis. **I**te res porell capi duplt. Uno mō pur feat subam incorporea z inuisibilez. z sic capif hic. z dr a pbo reoz. i. op inoz. qz opione z fide pgnosum illa miracula. **A**lio mō capif. p suba corpea. vt pz in Ebrardo. **N**ō de vultu bñi zc. **E**timius est nomen adiectiuū mobile tantū. z dr a verbo eximo is ere. quia homo nobilis debet esse exemptus vltra alios in dignitate.

Asumente non concisus. non contractus nec diuisus integer accipitur. **S**umit vnus sumunt mille. quantum isti. tantum ille nec sumptus consumitur.

Vic auroz declarat tertiu miraculū di. xps (accipit). i. sumit (a sumēte) id est manducante. scz eum sacramentaliter (integer). i. sub vtraqz specie (non concisus nec contractus nec diuisus. vnus sumit) scz corpus xpi (et mille sumit) scz corpus xpi. z (ille) vnus sumit (tantū quantū isti) scz mille (nec) scz xps (sumpt) ab vno vel a mille (consumit). **N**otandū huius miraculi similitudo repit in natura. nā sicut forma humana tota z indiuisua ē in toto indiuiduo. z nō magis in hoc qm in alio. z sic plures hoies non sunt magis homo qm vnus qm ad naturā hūanā. sic ex natura corpis xpi recipit in hac portione totaliter z in qualiter pre totaliter. z si diminuat vnus spēs pais adhuc corp⁹ xpi nō diminiuit. **S**edō no. circa vltimā pte huius miraculi cū dr. nec sumptus consumit. **S**imilitudo huius miraculi habet in natura. nā videm⁹ q. vigor herbaz reficit visum vel aliū sensuz artamē et hoc nō corrupit talis vigor vel non diminiuit. **I**lli etiã panes qbus dñs faciuit qnqz milia hoim. licet diuisi fuerāt non rñ sumpti nec diminiuti sūt. q. de istis qnqz panibz z duobz piscibz collecti sunt duodecim cophini fragmentoz. **S**ic a sūt corp⁹ xpi nō diminiuit nec consumit a sumēte. **I**ō dr **H**amal. **C**orpus z sanguis iesu xpi in constitutione corporis et aie transiens nō corrupit nec ad secessum mittit. **P**ro q. vltre sciēdū **A**ug. circa cōionē corpis xpi mouet aliud miraculū volēs q. eadē magnitudo (quā xps habet in celo. z quā habuit in ara crucis) in pua specie panis pprehēdit. **C**ū legit q. **B**eliseus ppheta volēs resuscitare puerum a morte expandebat se sup puerz z posuit os suū sup os pueri z oculos suos sup oculos pueri. sicut z man⁹. z sic de toto corpe. **S**edō notū ē q. factus viri maior ē q. facies pueri. quō q. ppheta potuit coaptari faciei pueri vt essent oculus sup oculos. z os sup os. p. rure diuina v. def hoc factū ē in figurā hui⁹. **S**ic qd in h. sacramēto gerit. vbi corp⁹ xpi nō mēsurat sed sacramentaliter ē pntū sub parua specie panis. **I**te videm⁹ naturalit q. pua pupilla oculi recipit in se spēm magni mōtis. dūmō videat montē. ecce sicut magnus mons recipit in oculo. sic corp⁹ xpi recipit in pua hostia. **P**ro terminis nota. integer est nomē adiectiuū. **S**ed concisus est participiū a verbo conscindoz. **S**ed contractus est participiū pnti temporis et venit ab illo verbo confringoz. **S**ed sumptus est participiū pteritū et temporis a verbo passiuo sumoz.

De corpore christi

Sumunt boni sumunt mali forte tamē inaequali. vite vel interitus. **B**ors est malis vita bonis. vide paris sumptio/nis q̄ sit dispar exitus.

Hic autor declarat quartū miraculū dicēs (boni sumunt) .i. corp⁹ xpi et (mali sumunt) corpus xpi (tū inaequali forte) .i. dissimili euentu (vite v̄ interitus) .i. mortis. ⁊ s̄ sumptio corpis xpi (est mors) spūalis (malis) id ē peccatorib⁹ (⁊ vita) spūalis (bonis) .i. iustis. **E**t tūc dirigit sermonē suū ad nos dicēs. **H**ō tu (vide) .i. considera (q̄ dispar exitus) .i. dissimilis finis (sit paris) .i. eiusdē (sumptionis). **N**otandū q̄ beūs Aug. de diligētē aduertendū est q̄ cib⁹ iste sine mutatione aliq̄b⁹ est cib⁹ vite. aliq̄bus ē cib⁹ mortis. vt q̄ iust⁹ ē iustificet. ⁊ qui in sordib⁹ ē sordescat. **H**uius silitudo repit̄ in natura. qz eadem dulcedine vini⁹ ⁊ eiusdē floris fit mel ⁊ venenū. mel in apib⁹. venenū in aranea. **S**ic etiā corp⁹ xpi fit iustis redēptio. peccatorib⁹ vero eterna dānatio. **S**ecō no. ex ista ptz meritū ⁊ retributio cōicārōis hui⁹ sacramēti. qz iustis ad glām. peccatorib⁹ vero ad eternā dānatiōē. **E**t ergo dē apls. **P**roter aut̄ seipsuz hō. ⁊ sic de pasne illo edat ⁊ de calice bibat. **A**ddit. si q̄s mādūcauerit ex hoc. saltē digne viuet in eternū. **S**⁹ p̄ oppositū si q̄s mādūcauerit indigne iudiciū sibi mādūcat. **T**ertio nota. hic solet q̄ri cōiter vtz corp⁹ xpi p̄secratū a p̄sbytero peccatore minus sit p̄secratū q̄ a p̄sbytero iusto. **R**ūdet **J**ohes de sacrobusto sup̄ summā raymūdi q̄ non. qz corp⁹ xpi nō p̄secrat⁹ p̄ meritū sacerdotis. sed p̄rute verbor⁹. qz sacerdos nō in p̄pria p̄sona. sed in p̄sona dei loq̄tur. mō. sicut deterius nō fit p̄ deteriore. sic non fit meli⁹ p̄ p̄sbyterū meliore. **Q**uarto nota. beūs Aug. mouet adhuc aliud dubiū penes sacramētū corpis xpi. cū xps sit magn⁹ ⁊ immensus q̄liter intrat os hominis sine lesione oris. **D**icit sacra scriptura sile. ⁊ null⁹ xpianus ignorat sicut xps ingressus est in vter⁹ virginis sine corruptione virginis. sic etiā potest intrare os hominis sine lesione ipsius. **S**imiliter videmus q̄ radij solares penetrant vitrum sine vitri corruptione. sic xps intrat os hominis sine oris lesione. **P**ro terminis nota. forte est nomē fei gn̄is deriuatū a p̄bo fortior. iris. **S**ed interitus ē nomē quarte declinationis. **S**ed par et dispar sunt nomina omnis generis.

Fracto demum sacramento. ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur.

Hic autor declarat q̄ntū ⁊ vltimū miraculū dicēs (ne vacilles) id ē nō dubites (sed memēro) .i. firmiter crede (tantū esse sub fragmento) .i. sub particula hostie (quātū tegit) .i. p̄tinet (toto) .i. sub tota hostia. ⁊ hoc (fracto sacramento) .i. hostia in tres p̄tes diuisa (demū) id ē circa finem misse.

Nulla rei sit scissura. signi tantum sit fractura. qua nec **l**a⁹tus nec statura signati minuitur.

Folium le

(Nulla fit fissura) id est divisio (rei). i. corporis xpi (sed tñ fit fractura). i. divisio (signi). i. forme panis (qua). i. fractura. vel p quã fracturã (nec status) id est substantia (nec statura). i. quãritas (signati) id est corporis xpi qd signatur z p̄tinetur sub specie panis et vini (minuitur) id est minorat.

Rorandũ primo q̄ huius miraculi simile inuenimus in natura. **S**icut em̄ dicit beatus **Aug.** in li. de quãtitate aie. **A**nima humana in toto corpore est tota z indiuisibilis et in partib⁹ est tota. ergo s̄m hoc anima in capite est tota. in corde est tota. atramen in om̄ib⁹ mēbris simul est soluz vna anima. **S**imiliter verbũ qd modo loquor plures audiūt. z quilibet vestrũ habet hoc verbũ in corde z in mēte. atramen est nisi vnũ verbũ non derelinquēs dictũ de ore meo nõ derelinquēs aures vestras. z integz peccat ad om̄ia corda vestra. **S**ic xps (qui est verbũ patris) tot⁹ z integz ger̄ sunt in sinu patris nõ derelinquēs patrem. z intrauit in vterz virginis sic totus vrbob⁹ fuit cū tñ vnus deus sit. **S**ic etiã celũ non derelinquēs in singulis altarib⁹. z in singulis hostijs. z in singulis partib⁹ hostie ē totus et integz in oib⁹ simul vnus z indiuisus. **S**ed in oppositum est heret⁹ eius qui dicit. q̄ illa similitudo claudicat. qz q̄ aia est tota in toto z tota in partib⁹. hoc fit p̄ iunctionē partũ ad totũ. **S**ed q̄ xps est in partib⁹ hostie. hoc fit p̄ diuisionē partũ a toto. **S** non est s̄le. **R**õndetur q̄ nõ est possibi le. qz multi hoies possunt capere vnũ verbũ a predicatore. z quilibet eoz in corde suo cõcipit illud verbũ. licet a plurib⁹ p̄cipiatur aurb⁹. **S**ic xps (qui vocatur verbũ patris) est totus et integz vbicũqz locorum. quia s̄ huiusmodi naturalia ex naturalibus declarantur. multo fortius per super naturalia superantur. **I**tem nota q̄ sanctus **Joannes** in **A**pocalipsi dicit de libro signato septem sigillis quẽ nullus est dignus aperire. **P**er se tem sigilla intelliguntur septem miracula circa illud sacramentum. **P**rimum est q̄ idem deus manet pane consecrato qui fuit ante. hoc sigillum soluitur. quia mea intentio potest fieri tua p̄gnitio mediãte voce. z tamen eadem intentio manet in me q̄ transiit in te. **S**ecũdũ miraculum. q̄ tanta magnitudo sub tam parua specie latet. z illud sigillũ soluitur a simili. qz species vnus ciuitatis z magni mōtis p̄prehendũtur in oculo. **T**ertiuũ est q̄ tam magnũ corpus intrat illesum p̄ os hominis. hoc sigillũ est solutum in p̄cedentibus. **Q**uartũ miraculum. q̄ ipse assumitur z non confus mitur. hoc em̄ etiam prius paruit. quia herba odorifera sumitur ab odor tante. sed ipsa herba non diminitur. **Q**uintũ miraculũ est q̄ sacramentũ venerabile corporis christi multociens sumitur a peccatorib⁹ z ab inimicis hominibus. z tamen non polluitur. **I**llud sigillum soluitur per radi os solares. qui mundi sunt z coniũguntur inmundis rebus. z propter hoc ipsi radij non coinquãtur. multo magis vero inuisibilis z incoĩmũtabilis veritas non potest coinquari. **S**extũ miraculũ est. q̄ a plurib⁹ sumitur z in pluribus locis p̄ficatur. **I**llud sigillum soluitur. quia lumẽ candele plura loca illuminat simul et semel vna candela manens. **S**eptimũ miraculum. q̄ ibi est quantitas sine quanto. dulcedo sine dulci. **S**olutio illius sigilli patet ex arte metaphisicali. vel etiam mathematica. li q̄ ponit abstractionē acciderũ a subiecto. **E**t sic oia sigilla p̄posita hui⁹ li bñ sine lesione aḡta sunt. **U**ñ s̄ra securius legitur vbi sigilla nõ lacerãtur.

De corpore christi

sed ille se manet. **P**ro terminis no. fracto sacramero sunt duo ablati po-
liti absolute. **I**te facillò idè è q̄ dubito. z è p̄me p̄u. **I**te memento s̄
p̄bũ defectuũ z h̄z oia rpa a p̄terito formata. **I**te signũ d̄: illud qd̄ cũ
apprehensum fuerit ducit nos in cognitionem alterius. Sed minuitur è
verbum passiuum illius verbi minuo.

**Ecce panis angelorum. factus cibus viatorum. vere panis
filiorum non mittendus canibus**

Mic autor p̄ter describit materiã corpis xp̄i. p̄pheticè adducẽdo s̄
guras veteris testamẽti. **E**t diuidit in duas pres. **I**n p̄ma p̄re facit qd̄
dicitũ è. **I**n sc̄da p̄cludit seq̄ntiã p̄ quãdã orõnẽ. **S**c̄da ibi **B**one pastor.
Et p̄mo oñdit figuras q̄b̄ p̄medat hoc sacramẽtũ dices (**Ecce**) sc̄z cor-
pus xp̄i ex̄is (panis angeloz) s̄c̄ est (fact̄ cibus viatorz). i. hoim in vita p̄-
sentis seculi laborantiũ. z ex̄is (vere) .i. veraciter (panis filioz) .i. sc̄dũz
hoim (non mittendus) id est dandus (canibus) id est prauis hominib̄.

In figuris p̄signatur cum ysaac immolatur. agnus pasche
deputatur datur manna patribus.

Predictus panis (p̄signat) .i. p̄figuratur (in figuris) sc̄z veteris testa-
menti (cũ ysaac immolat̄) .i. sacrificat̄ a patre abrahã (z deputatur agnus
pasche cũ datur manna patrib̄) sc̄z in deserto. **M**orandũ autor tangit di-
uersas figuras quaz p̄ma è. q̄ hoc sacramẽtũ est panis angeloz. de quo
dicit ps̄. **P**anẽ angeloz māducabit h̄o. **D**icitur em̄ panis angeloz. q̄ re-
quies angeloz est in celis. z sic homines z angeli vtũtur eodem pane. vñ
ad exaltationẽ hois dicitur in ps̄. **D**imisti eũ paulominus ab āgelis z
Secunda figura est q̄ iste panis est cibus viatorum. de quo legitur *ter-*
tio **R**egũ. xix. cum fames esset in terra et non pluit super terram trib̄ an-
nis et mensib̄ sex. venit helyas z requieuit sub ymbra iuniperi vbi dor-
miens et excitatus vidit panem sub cinericiũ. z yas aque. z comedit z
bibit. z ambulabat in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et nocti-
bus vsq̄ ad m̄tem domini. **I**ste panis significat hoc viaticum quod do-
minus iesus xp̄s iturus de hoc mundo ad patrem suis discipulis dedit.
Et quislibet homo teneret se preparare ad hoc viaticum in extremis vite
sue. et cibabit eum dominus pane vite et intellectus. **T**ercia figura est il-
la fm̄ quam domin̄ loquebatur mulieri chananee clamãti. miserere mei
fili dauid. z cum discipuli audissent dixerunt. domine mitte eam q̄a cla-
mat post nos. **I**esus dixit. non est bonũ sumere panẽ filioz z mittere ca-
nibus ad manducandũ **M**at̄. xv. **E**t ergo dicit littera. panis filiorum.
Quarta figura è. que figuratur in abrahã qñ immolabat filium suum
ysaac. **U**nde abrahã pater multoz dicitur. per quẽ deus dimittitur. qui
pro nobis om̄ib̄ tradidit illũ. z ergo dicit littera. cum ysaac immolatur.
Quinta figura è. cũ filij israel trãsrẽt p̄ mare rubrũ immolauerunt agnũ
paschale in egypto. sic z nos trãsire de hoc mũdo debem̄ offerre agnũ

Immaculatū. i. purā p̄ciam si delemus de corpus xpi accipe. z sic trāsire va
 leamus p mare. i. de morte ad terrā p̄missionis. q̄ d̄t lra. agn^o pasche des
 purat. ¶ Sexta figura ē. cū murmurasset pplis p̄tra dñm in deserto. qz
 defecerent in panibz. tūc pluit eis manna p̄ sex dies in heremo de quo col
 legit ql̄ter iuxta mēsurā. In die autē sexta collegerūt cibos duplices p̄f
 sabbatū. z fin volūtātē ipoz habuit sapore cibis iste. vñ ps. Desideriuz
 sic erubuit eis. z q̄ d̄t lra. māna dat̄ patribz ¶ Itē nota Exo. xvi. legit. cū
 filij israel inuenerūt māna dixerūt inter se. qd̄ ē hoc. glo. d̄t q̄ hec questio
 quā tūc iudei mouebāt nūq̄ in lege fuit soluta. s; p̄pter admiratōem pa
 nis iste vocat̄ ē māna S; hec questio soluta ē in cena dñi. cū em̄ q̄rerēt
 iudei vel apli qd̄ ē hoc Christus r̄ndit. hoc ē corp^o meū. z sic illud māna
 fuit p̄lagium corpis xpi. ¶ Itē nota. mittend^o est p̄cipiū a mittor eris
 Isaac ē nomē p̄p̄riū in declinabile Et interp̄tat̄ r̄sus s̄m̄ Papiā Christ^o
 em̄ p̄ eū p̄figurat̄ ē r̄sus z gaudiū oīm fidelium

Bone pastor panis vere iesu nostri miserere. tu nos pasce
 nos tuere. tu nos bona fac videre in terra viuentium

Hic auctor p̄ter celū d̄t canticū suū p̄ quādā orōem huius sacramē
 ti deum inuocando dicens **D** (iesu bone pastor) z (vere panis. miserere
 nostri. tu pasce). i. fone nos. scz corpore tuo. z tu (tuere). i. defende nos. et
 (fac nos videre bona) scz eterna (in terra viuentium). i. in regno celozum
 Iuxta illud ps. Credo videre bona dñi in terra viuentium.

Tu qui cuncta scis z vales q̄ nos pascis hic mortales. tu
 nos ibi cōmēsales coheredes z sodales fac sanctorū ciuium

Tu xpe (q̄ scis). i. cognoscis (z vales). i. potes (cūcta. q̄ pascis). i. nu
 tris. i. corpe z sanguie tuo (hic). i. i p̄senti seculo (nos mortales). i. hoies
 (tu fac nos. ibi). i. in regno celoz (cōmēsales). i. tecū comedētes (cohere
 des). i. hereditatē celestis regni tecū possidētes (z) fac nos (sodales) id ē
 socios (scōz ciuiū). i. teatoz in celesti vita regnantū ¶ Notandū hostia
 huius sacramēti dz habere qualdā p̄ditōes respiciētes materiā ipius qb̄
 hō dz p̄frui sp̄ualiter q̄ velit hanc hostiā digne māducare. z patēt in his
 meritis **C**andida. triticea. tenuis. nō magna. rotūda **E**xpers fermētū. nō
 falsa sit hostia christi **P**rimo em̄ hostia dz eē candida z mūda. sic hō dz eē
 mund^o z candid^o p̄ p̄fessionē. p̄ triticeam. z satisfactōem añq̄z accedat ad
 mēsam xpi. **S**ecūdo dz eē p̄fecta de puro tritico qd̄ ē dulce. sic hō dz eē dul
 cis in ope z sermone p̄ charitatē p̄fectā **T**ercio dz eē tenuis. sic hō dz esse
 moderat^o in cibo z potu nō gulose viuendo. vñ Exo. **N**ō hñr p̄ratē ede
 re agnū q̄ seruūt tateriaculis voluptatū **Q**uarto dz esse parua. sic hō dz
 esse paruis z humilibz **Q**uinto dz eē rotūda. qz om̄e rotūdū est mobile.
 sic hō dz esse mobilis ad bonū z imobilis ad malū **S**exto dz esse sine fer
 mento. **U**n fermentū fcat sup̄biam. qz sicut modicus fermenti corrūpit
 totā massam. sic hō q̄ vult digne accedere dz eē sine sup̄bia z meditari dz
 q̄ vilis sit nature. qz d̄t scriptura **S**emēto hō qz cinis es z in cinerē res

De sancto Joanne baptista

uerteris. Et alibi **Eccl. vij.** Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. **Septimo** dicitur esse non falsa. sal enim facit homines sentire. et fecit auaricia sic homo non dicitur esse auarus. quia auaritia est seruitus ydolorum. **Tercio** sciendum. ad hostiam consecrandam requiruntur duo principaliter. scilicet intentio consecrantis. et intentio instituentis. **Primo** requiritur intentio consecrantis. quia si plures hostie ponerentur ad altare ita quod una illarum esset absconsa in medio altaris quam sacerdos ignoraret. tunc illa hostia sic recta non esset consecrata. **Secundo** est. quia intentio consecrantis ad illam non ferebatur. **Secundo** requiritur intentio instituentis. quia si sacerdos consecraret iocose totum cophinum repletum hostiarum per directam formam propter nullam esset facta consecratio. quia non fuit de intentione instituentis.

¶ Pro ista nota. bonus pastor dicitur: cuius sunt oves proprie. et ponit animam suam pro ouibus suis. ut patet in euangelio. **Job. x.** Sic et iam Christus fecit quod obtulit seipsum pro nobis in ara crucis. **Tercio** pasce et probum transierunt tercie coniugationis. **Sed** tunc est probum deponere tale scilicet deum. **Sed** comensales dicuntur hi qui in eadem mensa comedunt. **Sed** coheredes dicuntur illi qui sibi recipiunt aliquam hereditatem et dicitur a con quod est simul et heres quasi coheredes deponendo. n.

Sancti baptiste christi preconis solennia celebrantes moribus ipsum sequamur. **Ut** ad vitam (quam pre-dixit) affectas suos perducatur.

¶ Nec sequentia ob reuerentiam et gloriam sancti Johannis baptiste copulata. **In** qua autor principaliter tria facit. **Primo** hortatur nos ad eius solennitatem seu festiuitatem celebrandam. **Secundo** inuocat sanctum Johannem. declarando eius natiuitatem. **Tercio** dirigit petitionem ad ipsum. scilicet ibi. **Deuoti** et cetera. **Quarta** ibi. **Tu** qui speras filii delictorum. **Dicis** primo nos (celebrantes). id est cum celebrare ueneratis (solennia) id est festiuitates (sancti baptiste) scilicet Johannis (preconis) pronuntiatoris (Christi) sequimur ipsum moribus sanctis (ut ipse sanctus iohannes baptista. perducatur suos affectas). id est sequeres uel seruos (ad vitam) scilicet eternam (quam per dicitur) predicando. **¶ Notandum** scribitur **Malachie** iij. **Ecce** ego mitto uobis heliam prophetam antequam ueniat dies domini magnus et horribilis. **Ad** intellectum illius prophetie notandum quod duplex est dies domini. scilicet dies natiuitatis qui erat dies exultationis et leticie. **Secundus** dies est iudicij. qui erit dies miserie et damnationis. **Et** secundum hoc duplicem credimus fuisse heliam. scilicet heliam in corpore. et heliam in spiritu et ueritate. **Iste** autem duplex dies tangit in prophetis predictis. **Prima** tangit ibi. cum dicitur magnus dicitur enim magnus propter magnitudinem regis nati. **Secunda** dies tangit ibi. horribilis. quia illa est dies miserie et lamentabilis. **Et** hanc duplicem diem domini preedit duplex helias. **Prima** die percurrit helias in spiritu et ueritate. **Ubi** in euangelio. **Luc.** primo. **Ipe** praebit ante illum in spiritu et ueritate helie. **Tercio** **Math.** xi. **Quia** iohannes misisset ad Iesum discipulos ut interrogaret eum. **Tu** es qui uenturus es an alium expectamus. **Et** respondens Iesus ait illis. **Antes** renunciate Johanni qui audistis et uidi stis et cetera. **Illis** autem abeuntibus cepit Iesus dicere ad turbas. **Quid** diebus Johannis baptiste uisus nunc regnum celorum. uim patitur. et si uultis recipere ipse est helias qui uenturus est. **Sed** secundum diem preedit helias in corpore. qui rap tuus est in paradiso.